Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift



34

& ut cuiq; cordi erat uel breuius uel prolixius · eandē tamen
explicare sententiam · ita eos explicasse manifestum est · Et in
hoc satis apparet quod adrem maxime pertinet · qm̄ ueritas
euangelij uerbo dei quod sup̄ omnem creaturam eternū atq;
incommutabile permanet p creaturam temporalib; signis & lin
guis hominum dispensantium summum culmen auctori
tatis optinuit · non nos debere arbitrare mentiri quemquam ·
si plurib̄ quam audierunt uel uiderunt reminiscentib̄ · ñ eodē
modo atq; eisdem uerbis · eadem tam̄ res fuerit indicata · ut
siue mutetur ordo uerboꝝ · siue alia pro aliis quę tam̄ idem
ualeant uerba pferantur · siue aliquid uel quod recordanti ñ
occurrit uel q̄d̄ ex aliis quę dicuntur possit intelligi min̄
dicatur · siue aliorꝝ quę magis dicere statuit narrandoꝝ gratia
ut congruus temporis modus sufficit · aliquid sibi non totū
explicandum · si ex parte tangendum q̄sq; suscipiat · siue
ad illuminandam declarandamq; sententiam nichil quidē
rerum · uerboꝝ tam̄ aliquid addat cui auctoritas narrandi
concessa est · siue rem bene tenens · non assequatur quāuis id conet̄
memoriter etiam uerba quę audiuit ad integrum enumerare ·
Quisquis autem dicit · euangelistis certe p spē sci potentiam
id debuisse concedi · ut nec in genere uerboꝝ nec in ordine nec
in numero discreparent · non intelligit quanto ampli euan
gelistarum excellit auctoritas · tanto magis p eos fuisse firman
dam ceteroꝝ hominum uera loquentium securitatē · ut plurib̄
eandem forte narrantib̄ nullom̄ quisquam eoꝝ de mendacio
recte arguatur · si ab alio ita discrepauerit · ut possit etiam
euangelistarū exemplo p̄cedente defendi · Cū enim fas non sit
euangelistarū aliquem mentitum fuisse uel existimare uel dicere ·
sic apparebit nec eum fuisse mentitum cui recordanti tale